

humores, non vnum duntaxat, reliquorum vfitatorum trahere exéplo: id nos, quanquam possemus fortè, non tamen inficias ibimus, cùm nil inde sequatur, quod nostræ sententiæ incommodet. Quæ enim licentia Rhabarbarum, naturæ aduersum, bilem tantùm, substantiæ similitudine auerruncat, eadem Stibium diuersos & omnes. Vnde hoc potiùs quàm illud, in certum purgationis medicæ vsum adhiberi debebit. Quandoquidem non rarò contingit, vt is non infit humor, quem pro humanæ coniecturæ infirmitate, opportuni remedij magisterio pellendū constituimus. Frustra ergo: ni Stibium fuerit, aliudve cõsimile, qd̄ in omnes humores pari auctoritate animaduertere solitum, si non inueniat, quem nos volebamus, eum saltem qui præstò est, adoriatur. Iam, qd̄ vsuuenit medico, si Chymista experiat, quasq; simplex remedium insignes parturit vires, effectū dignoscat, re ipsa ignoret, an ipsi soli vitio detur: in primis cum ijsdem caussis, quibus medicus, suorum remediorum euentus attribue-  
re possit: sed & iustius possit, reclusis

*dium quàm  
vnum duntaxat.*